

Judic. 14. 11. e Cant. 5. 1. & 8. 13. f Cant. 1. 4. & 2. 7. & 3. 3. 11. & 5. 8. 16. & 8. 4.

* Deut. 22. 15.

g Auguf. lib. 14. c. 18. de Civit. Dei. Remotum ab arbitris cubile conquirunt omnesque famulos atque ipsos etiam Paranympbos, & quoscunque ingredi qualibet neceffitudo permiferat, ante mittit foras, quam vel blandiri conjux conjugi incipiat.

h Cant. 2. 7. & 3. 5. & 5. 8. i Cant. 5. 1.

k Cant. 8. 13.

l Joan. 3. 29.

m Jul. Pollux.

n Joan. 2. 9.

historia Samsonis (a), & in Cantico Canticorum [e], amica Sponsa non semel etiam in eodem Canticorum Libro parent (f), sicut & in Pf. 44. 8. 13. 15. Docent Rabbini, obtinuisse jam, ut in Judaa, non verò in Galilaa, duo Paranympbi, Sponso nempe & Sponsa singuli singulis assignati, ab eorum lateribus nunquam, neque cum ambo cubarent in lecto, abscederent, omnis nimirum doli inter utrumque conjugem circa lineum pannum sanguine tinctum, & virginitatis indicia, de quibus Moyles (*), praecavendi gratia. Haec non egre minus crederentur, quam praestarentur impudenter (g). Maluerim potius, quod etiam ex Cantico Canticorum lectione non obscure insinuatur, novos Conjuges toto septimanae nuptialis spatio nunquam nisi furtim & obscura noctis favore, sive dubio adhuc diluculi albore convenisse, quod etiam in Prolegomeno ad eum Librum fufius à nobis demonstratum est. Porro Rabbiorum commentum illud confusa solum de circumspeditione ejus populi erga feminas ideâ fati superque arguitur. Nihil tale sive ex lectione Cantici, sive in nuptiis Jacob cum Lia, junioris Tobiae cum Sara, Samsonis &c. occurrit. In Solemnitate nuptiarum puella semper novae nuptiae comites adibat, neque mixtim pueri puellaeque confusi unquam spectabantur. In Cantico Salomonis semper puella cum Sponsa tripudiant, sive ante claustrum illius agunt excubias. Et cum summo mane Sponsus furgens abscedit, numquam puellis nuptialibus, ut sedulo obsequi dilectae suae invigilent, donec ipsa è lectulo surgat, non commendat (b). Sponsus ipse furtim sese amicis subducit, quò Sponsam noctu conveniat (c); rogatur autem ab illa ut submisè loquatur, ascultari enim à pueris nuptialibus observarique animadvertit (k). Nusquam hic Sponsae Paranympbus, neque etiam Sponsi, qui ab ejus latere ne cubantis quidem recedat. Paranympbi munus habebatur ut nuptias Sponsi loco curaret. Cum enim Sponsus rerum gerendarum multitudine occuparetur, nec per se omnia praestare posset, ejus vicibus & secundus ab illo fungebatur Paranympbus. Qui habet Sponsam, Sponsus est: (ait S. Joannes de Christo) Amicus autem Sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem Sponsi (l). Porro vir Sanctus Paranympbum se Jesu Christi praestabat. Apud Graecos praeforibus nuptialis cubuli Paranympbus vigilabat (m), convivium atque nuptialem omnem pompam curans. Sunt qui credant Architrachinum illum apud S. Joannem ipsum fuisse inter Sponsi amicos, cui tota convivii instruendi, praestandique nequid deesset, cura commissa. Id maxime spectatur in convivio in Cana, cui Jesus Christus, ejusque Mater affuerunt (n). S. Gaudentius Brixianus Tract. 9. ex Veterum traditione receptum dicit, hunc convivii Praefectum è Sacerdotum numero selectum, qui morem disciplina legitima gubernaret, curamque pudoris ageret conjugalis; simul & conviviorum apparatus, mimi-

stros atque ordinem dispenseret. Idem vicissim & à puellis nuptialibus cum Sponsa praestitum. Honoris gratia deducebant, muliebri cultu ornabant, aderan custodes, & totius festi atque ludorum confortes; non enim moribus ejus regionis mittebatur, ut mixtim cum juvenibus puellae eidem mensae accumberent. Ad easdem puellas etiam attinebat epithalamium sive cantilenam Sponsae congruam cantare, ipsa sponsalitia solemnitate nocte, qua scilicet facta novis nuptiis apprecarentur. Hinc Psal. 44. in quo epithalamium instruitur, hanc praefert inscriptionem: Canticum gaudii pro dilecto. Porro duo erant epithalamii carminis genera (o), matutinum nempe & vespertinum: Illud excitandis à somno, hoc consopientis Conjugibus. Sponsus facillè puellas nuptiales rogat, ne matutinum epithalamium cantent, illis verbis: Ne evigilare faciat dilectam, donec ipsa velit. Vespertini meminit Pindarus Pyth. Od. 3. utriusque Theocritus Idyl. 18. Cum Sponsus conjugem in suas aedes reduceret, quod plerumque totâ septimanâ nuptiarum in domo sponsae adâ differebatur, amica Sponsae illam comitabantur, omnibus interim festivis cantilenis resonantibus. Ad eam pompam nocturnam potissimum tempus destinatum; ex quo intelligimus, cur Virgines illae, quae in occursum conjugum festinabant, cum fortè post datam somno brevem aliquam quietem ad strepitum venientis Sponsi evigilantes, quae lampades suas habebant instructas, à Sponsis deductae sint; quae verò emendo sibi oleo diverterant, pompâ jam procedente & in domum Sponsae receptâ à convivio nuptiali exclusae sint (p). Similis caeremoniae descriptio in Libris Macchabgorum (q) legitur. Cum filii Jammari solemnes nuptias in Medaba urbe transjordanâ celebrassent; quò ex illis quidam filiam Principis Chananai duxisset; & Sponsa in edes viri solemni pompâ deduceretur, instrepentibus circum omnibus, quâ musicorum instrumentorum, quâ armorum fragore, supervenientes in nuptialem illum comitatum Macchabaei, omnes dissiparunt. Facillè autem credimus, Jesum Christum illâ decem Virginum parabolâ ad eas potius spectasse Virgines, quae venient in aedes viri Sponsae occurrerunt, non verò ad eas, quae tota septimanâ nuptiali Sponsam illam comitate sunt. Ceterum illud etiam animadvertendum est, occasione hujus pompe nuptialis filiorum Jammari & Samsonis, qui Philisthaem conjugem duxit, illos Hebræorum in nuptiis mores apud finitimas etiam gentes obtinuisse; nec satis abludit Orientalis nostrae ætatis consuetudo, quemadmodum in ea re, sic etiam in aliis pluribus, de quibus Scriptura. Observatum est in superioribus, consuevisse Judaeos ante caeremonias nuptiales & deductos utrosque conjuges sub nuptiali umbella, & syngrapham maritalem signare, & de cæteris omnibus, sicut etiam de dote solvendâ, convenire. Spectavimus etiam post factam ejus syngraphae lectionem, &

o Scoliaf. in Theocrit. Idyll. 18.

p Matt. 25. 23. q 1. Macch. 9. 37. & Joseph. 1. 13. c. 1. Antiq.

& post datum puellae anulum, Scripturam illam parentum Sponsae manibus traditam. Alia tamen caeremonia in nuptiis Tobiae servata. Raguel enim post praestitum connubium assensum, continuo manus puellae filiae suae Sponsi manibus jungit, collatâque benedictione, connubium absolutum est. Post hæc omnia, scripta syngrapha maritalis, quam adscriptione sua testes firmarunt. Nihil tale apud Judaeos recentiores ejus regionis incolas, quamquam apud illos nuptiae junioris Tobiae & caeremoniae ejusdem conjugii tamquam exemplar felicissimi & optimè institui connubii habeantur. Singulae gaudii significationes, quibus totius nuptialis caeremoniae pompa eo septimanae spatio plaudebatur, recenseri vix possent. Illud sanè constat, nihil oblectamentorum praetermissum à Judaeis, nisi quod Lege interdiceretur. Enigma à Samsonis adolescentibus nuptialibus propositum, tum & illi singulare est (r), cum genium illius populi de acumine ingenii praestitum demonstrat; ex quo pariter intelligimus; junctas conviviis caeterisque corporis blandimentis etiam ingenii delicias. Inambulationes in hortis & vineis observes in Cantico Canticorum (s): Mane surgamus ad vineas; venationes (t): Capite nobis vulpes parvulas, quae demoliuntur vineas; commensationes (u): Comedite amici & inebriamini charissimi. Mutuis fe munusculis in hortis provocabant Sponsi (x): Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum. Veni in hortum meum, soror mea Sponsa, mesui myrrham meam cum aromatibus meis; comedi favum cum melle meo. Bibi vinum meum cum lacte meo. Et alibi introductam se narrat Sponsa in cellaria dilecti sui, ubi vina & fructus servabantur (y). Porro è mente excutenda sunt ea, quibus de magnificentia nostri temporis occupamur, praerudicia, & è magnarum Urbium superbia excedendum, quò de innocentibus illis oblectamentis judicium feratur. Sponsus clam nocte intempesta Sponsam convenit, & summo mane recedit; Sponsa vicissim in tenebris erabunda dilectum querit, incidit sæpe in milites Urbis custodes, qui ei insultant; non raro filias Jerusalem offendit. Earum vicissitudinum blanda narratio, & eventus pars erat oblectamentorum, quibus tota septimana nuptialis agebatur. Quod tamen h ebdomadae spatium nullâ adèd sive lege, sive consuetudine definiebatur, quin parentum arbitrio prorogari non posset. Raguel ad duas septimanas nuptias filiae cum juniore Tobia produxit (z); quamquam pro vidua nuptiis, qualis Sara habebatur, tres tantum dies praescriptæ à Rabbini leges assignent. Tradit Buxtorfius Synag. cap. 28. post celebratam sub umbella caeremoniam nuptialem, totum necessarium comitatum unâ cum sponsis in domum sese recipere, ac mensam continuè instrui. Tum Sponsus quantâ potest venustate prolixam satis benedictionem Hebraicam cantat, eaque demum absolutâ, primò cæque pullastra, Dissert. Calmet. Tom. I.

& crudum ovum mensae apponitur. Hujus pullastrae parte aliqua modicâ Sponsa donatur à Sponso, statimque veluti dato signo caeteri convivia omnes in reliquam illam dapem sese immittunt, discipiunt, lacerantque, ac sibi invicem illam diripientes effuseque ridentes, ovum mutuo in ora projiciunt. Post convivium, inter omnes dignissimus manu Sponsum apprehendit; ejusque vicissim manum secundus tenet, illius tertius, omnesque simul confertis inter se manibus, choream instrunt in rotundum. Surgunt pariter feminae ad saltandum, seorsum tamen à viris, honestissimâ manu Sponsae tenente. Porro hujus choreae genus vetustissimâ traditione apud Judaeos obtinet. Choream praecipit appellant, quòd Dei praeepto pro conjugali festo injunctam ferant. Deductio Sponsae in thalamum, Rabbiorum judicio (a), ipsum est ultimum conjugii complementum; neque enim absolvitur sive benedictione, caeterisve ante illam caeremoniis. Porro ante solemnem illam deductionem puella nomen Ischa gemurab, nempe Sponsae perfectae non obtinet; eâ verò accedente, etiam consummari matrimonium, occurrente aliquo impedimento, non contigerit, uti si fortè puella menstruis laboraverit, quo tempore ad illam accedere viro capitale erat (b), nihilo tamen secius conjux habebatur. Si quid igitur simile contigerit, deductio mera est caeremonia; quae deinde post receptam ab eadem femina valetudinem iteratur. Ante deductionem illam benedictio in hæc verba coram decem viris maturâ ætate, non mancipiis recitatur. Benedictus sis Domine Deus noster Rex mundi, qui universa creasti in universo in gloriam tuam. Benedictus sis Domine Deus noster, Rex mundi Creator hominis. Benedictus sis Dominus Deus noster, qui creavit hominem ad similitudinem suam, & ad similitudinem imaginis archetypi sui, & preparavit ei ex se ipso structuram seu edificium usque in saeculum. Benedictus sis Domine Deus noster Creator hominis. Gaudendo gaudebit, & exultabit sterilis, colligendo liberos suos in sinum suum in latitia. Benedictus sis Domine Deus noster, qui letari facis Sion in liberis suis; letando letari fac par hoc amatum, juxta latitiam à te donatam creaturae tuae in horto Eden ab antiquo. Benedictus sis Domine Deus noster, qui letari facis Sponsam & Sponsam. Benedictus sis Domine Deus noster, Rex mundi, qui creavit gaudium & latitiam Sponso & Sponsa, exultationem, cantum, hilaritatem, jubilationem, amorem, fraternitatem, pacem & amicitiam. Confestim Domine Deus noster audiat in urbibus Judaeae, & in plateis Jerusalem vox gaudii & latitiae, vox Sponsi & Sponsae, vox affectus mutui Sponsorum ex thalamo suo, & pueri è choro modulationis suae. Benedictus sis Domine Deus noster, qui letari facis Sponsum cum Sponsa (c). Haec benedictiones summopere observant Rabbini, quippe quas ab Eldra derivatas credunt (d). Sed recentiores suspicantur. L 11 Por-

a Maimonid. Halach ischoth; & scultbam aruch, & alii apud Selden. Uxor. Hebr. l. 2. c. 13.

b Levit. 20. 18.

c Vide Talmud ad tit. Cetuboth. Vide & Selden. Uxor. Hebr. l. 2. c. 12. d Maimon. Halach Kiriatb Schematic. 1. 8. 7.

f Judic. 14. 12.

s Cant. 7. 12. & 2. 11. 12. t Cant. 2. 15. u Cant. 5. 1. x Cant. 5. 1.

y Cant. 2. 4. 5.

z Tob. 8. 23.

Porro verba illa, Confestim Domine Deus noster audiatur in Urbibus Judae & in plateis Jerusalem vox gaudii, & letitia, vox Sponsi & Sponsae, satis designant recentiore esse formulam everfione Jerusalem & Judaeorum omnium difperfone. Vetiustiores planè benedictionum formulas exhibet Scriptura, in ea qua fratres Rebecce forori imprecati sunt, cum ad Sponfum Isaacum iret. Soror noftra es crefcas in mille milia, & poffideat semen tuum portas inimicorum fuorum (e). Cum Ruth Booz nu-

phiflet, omnes qui ante fores Urbis fortè aderant, ita nove nupte (f) fauffè acclamant: Faciat Dominus hanc mulierem, qua ingreditur in domum tuam, ficut Rachel & Liab, qua adificaverunt Domum Israel (perpetuâ nempe filiorum ferie) ut fit exemplum virtutis in Ephrata (œconomia nempe maritalisque virtutis) & habeat celebre nomen in Bethleem, fiatque domus tua ficut Phares, quem Thamar peperit Juda, de femine quod tibi dederit Dominus de hac puella &c.

c Gen. 24.

IN LIBRUM SAPIENTIÆ PROLEGOMENON.

Scriptos à Salomone, vel ipfi attributos Libros, vetus & confans Ecclefiæ confuetudo Libros Sapientiales denominat. Patribus non rarè fub generali titulo Sapientia Salomonis laudantur [a]. Ecclefiæ autem ftilo Sapientia Salomonis nomine non Opera tantum ejus Regis designantur, fed Liber etiam Ecclefiasticus, ficut & alterum Opus, de quo nobis eft in præfentia fermo, excellentiæ quodam privilegio Liber Sapientia, vel ut legunt Græci, Sapientia Salomonis appellatum. Alter tamen à Salomone ejus Author habendus eft, nemine fcriptum ab eodem Rege afferente; quanquam ab omnibus velut fuma axiomatum & fententiarum ipfius fufpicitur. Obinet etiam apud Prifcos (b) nomen Panaretos, i. e. virtutum thefaurus, five documentorum collectio. Nec aliter planè nomen Sapientia fic ufurpatur, quam pro Religione, pietate, timore Dei & juftitia, diverfa planè fignificatione quam quæ eidem voci apud Paganos tribuitur, cum apud illos vix unquam Religione fonet & folidæ virtutis exercitium, fed potiùs sterilem quandam notionem veritatum generalium, & moraliſ difciplinæ ac virtutis planè naturalis, illuſtrando intellectu aptam, voluntati verd ad virtutem inclinandæ ineptam.

Unus Authori eft fcopus, ut Reges Optimates, & Judices terræ quæ verbis, quæ opportunitis documentis, quæ adhortationibus ad Studium Sapientiæ impellat (c). Salomonis nomen, quo majorem apud illos obtineat authoritatem, ufurpat (d). Preceptorum & Dominum agit, omni tamen faftu remoto. Principem quemdam magnum in exemplum adducens, qua ille viâ ad culmen gloriæ, honoris, famæ, divitiarum, fapientiæ & eloquentiæ pervenerit, fuſius demonſtrat (e). Quæ illa? Sapientia una eft, inquit Author, cui Vir ille magnus omnia fua accepto debet referre; quam viam fi quis alius tenere voluerit, ipſe non imparẽm aſſequetur felicitatem. At enim difficilis eft, & ardua [f]: fal-

f Sap. 1. 2. & 6. 14. & 7. 7. 8.

precum monetâ emitur fapientia, quin & illa quærentium ftudia prævenit, atque obvia venientibus fincero animo occurrit. Adicit fimul animum Author removendis obviis quibufcunque in hac viâ obſtaculis, quæ tamen omnia ipſi ſibi opponunt mortales, nulla ponuntur à Deo [h]. Fruſtra homines accufant naturam, ejuſque imbecillitatem & corruptionem. Letho, & peccato nullus parit à Deo mundum aditus, fed illis fraude Dæmonis & pravitate hominum præſtructa via. Deus enim hominem creavit innocentem (i), & immortalẽ, ille verd ſuo crimine, è dato ſibi privilegio excidit. Quorſum hæc? an propterea omnis illi præclusus ad fapientiam aditus? Minimè hoc quidem; ope enim Dei ad illam poteſt adniti, ejurato priùs crimine, & dolo. Gaudet Deus ſincero famulatu, & reſto corde; abhorret autem fapientia ab anima corrupta, & dolofa.

Verò deinde ftilo adverſus incredulos, animæ immortalitatem afferit, eos pariter caſtigans, qui beatitudinem fuam in eo conſtituunt, ut voluptatibus penitus ſe dedant; in fuum caput mortem provocare aſſerit, atque partibus ſe Dæmonis tradere, qui pravitate ſua, & invidiâ hominem in ſummum malorum pertrahere nititur (k). Exhibet virum juſtum invidiâ, obſtinationibus, injuſtis damnationibus, & morte ipſâ violentâ oppreſſum; quæ fanè omnia mirè quadrant cum Hiftoria Paſſionis Jeſu Chriſti (l). Impios ad judicium Dei, & extrema in altera vita ſupplicia, provocat; neque minus angentur, ait, viſâ Juſtorum beatitudinẽ, cujus ipſi futuri ſunt teſtes (m). Sanctorum deinde proſequitur felicitatem, quos exhibet in ſtatu perpetuæ pacis, gaudii, & gloriæ, æternâ beatitudine fruẽtes. Eos Reges, eos Judices in Cœlo repræſentat glorioſum imperium obtinentes, & ed glorioſius, quod magis in terra temebantur [n]. Laudes proſequitur virginitatis quam incontinentiæ & adulteris (o) opponit, adulteris, inquam, quorum poſteros mala omnia, brevior vita manet (p).

h Sap. 1. 3. 4. 12. &c. & 2. 24.

i Sap. 1. 14. 15. & 2. 23.

k Sap. 2. 1. &c.

l Sap. 2. 13. &c.

m Sap. 5. 2. &c. & 6. 6. 7. n Sap. 3. 1. &c. & 4. 7. 8. & 5. 16. 17. o Sap. 3. 13. 14. & 4. 1. &c. p Sap. 3. 16. 17. & 4. 3. &c.

Ma-

Magnificis verbis Sapientiam effert, vel ea illi tribuens, quæ ſoli Divinitati, cuius emanatio eſt, propriè deberi ſcimus. Hanc enim relevat titulo Spiritus Dei, Spiritus Sancti, Creatoris, qui omnia ſimul, & amplitudine ſua replet, & intuitu luſtrat, cui nihil impoſſibile, eſſentiâ ſua ſingularis, effectibus multiplex (g). Odor eſt, inquit, Sapientia, vapor è virtute Dei elevatus, ſplendor ipſius emanatio, candor lucis æternæ, lucidum ſpeculum Majeſtatis Divinæ, imago ejus Bonitatis, quæ una in ſe multa ſimul, & omnia poteſt, & invariata innovata omnia. Nemo à Sapientia alienus à Deo amatur (r). Per Sapientiam Deus hominem creavit, eadẽque utitur jugi throni ſui aſſiſtrice. Quare Deum rogat Author, ut Sapientiam è ſummo Cœlo ad ſe demittat, cujus ductu utatur & diſciplinâ (s).

g Sap. 1. 6. 7. & 7. 22.

r Sap. 6. 25. &c.

s Sap. 9. 2. &c.

t Sap. 7. 11. 12.

u Sap. 10. 1. 2.

x Sap. 10. 4.

g Sap. 13. 11. 12. & 14. 14. 15. & 15. 7.

h Sap. 14. 12. 23. &c.

i Sap. 13. 1. &c.

j Sap. 11. 22. 23. & 12. 1. 2. 15. &c. & 19.

k Sap. 14. 15.

b Vide Comment. ibid.

c Sap. 10. 15. d Ezech. 20. 8. & 2. 3. 3. & 26. 1. 2.

que Prophetarum in ipſum idololatriæ crimen prolapſos conſtet. Probat Hebræorum furtum, quo Ægyptiorum res ſubripuerunt [e]; id enim tanquam debitum laboribus Ipſorum præmium, & ex receptis injuriis levamentum aliquod habendum cenſet. Plura hiftoriis à Moyſe deſcriptis addit. Perſuaſum habuiſſe videtur, Abrahamum Turris Babelicæ conſtructioni ſynchronum vixiſſe; quanquam ita ſe, qua erat ſapientiâ & prudentiâ, gubernavit, ut inter pronos ad Idololatriam populos penè ſolus ſteterit (f). Chanagos accuſat Magicę ſuperſtitionis (g), eodẽque traducit, quaſi gentem carnivoram [h], muſcas & veſpas colentem [i], quorum criminum nunquam in Scriptura accuſantur. Colebant quidem Philifſtei Beelſebub Deum muſcarum; ſed gens illa originem de Chanaanite non referebat.

e Sap. 10. 17.

f Sap. 10. 5. g Sap. 12. 4. h Ibid. verſ. 5. i Ibid. verſ. 2. 3. 24.

Afferit ignem illum, quo imbre & gramine admixtâ Cœlum pluit in Ægyptum (k), peperciſſe inſedis ad Ægyptiorum perniciem immiſſis, quaſi ſcilicet muſcæ, ranæ & cetera hujus generis ſubſtituiſſent adhuc (l), nec Moyſe exterminante jam periuiſſent (m). Mannam deſcribit veluti dapem in Cœlo paratam ad cibum Angelorum, in qua ſapores omnes quocunquẽ optarent, Hebræi experirentur (n); cum tamen Moyſe referente Num. 11. 8. conſtet, manne ſaporem ad panem oleo ſubactum acceſſiſſe, ejuſque faſtidium tenuiſſe tandem Hebræos; & ita tenuiſſe, ut ne reſpicere illam adhuc ſuſtinerent (o). Plura apud illum de ſpectris, Ægyptiis obſediſis toto eo triduo, quo terræ faciẽ univerſam tenebrę occuparunt, nullâ niſi fulminum luce cinmeriâ illâ nocte internitente (p). In hiftoriis tranſfretationis Erythreæ multa addit, quæ fabulam ſubolere videntur, ut quæ de herbis & arbuticulis imum maris fundum veſtientibus [q]. Coturnices in Caſtra Hebræorum demiffas, divino miraculo productas non ſecus ac ranæ & muſcæ in plaga Ægyptiaca, cenſuiſſe videtur (r).

k Exod. 9. 24.

l Sap. 16. 18. 19. 20. m Exod. 8. 13. 14. 31. n Sap. 16. 20. &c.

o Num. 11. 15.

p Sap. 17. 3. 4. 6. 15.

q Sap. 19. 7. 8.

r Sap. 19. 11. 12.

Verum hæc omnibus ſimul reponendum, i. Naturalis juris poſtulare æquitatem, ut cum de Authore vitâ ſuncto, qui ſuam defendere cauſam non poteſt, agendum eſt, ejus verba benignâ quantum fieri poteſt interpretatione molliantur, neque ad rigidum unquam ſenſum trahantur, ni forſe vis aperta veritati repugnet. Nihil autem ex iis, quæ in Librum opponuntur, ita pravum ſenſum referunt, ut æquiorẽ non patiatur, & veritati conſonum [s]. Ut quid igitur ex illis invidia in Authorem creetur? 2. Quod ad additiones ſpectat, ſolemne eſt Sacris Hiftoriis, neque alienum omnino à Prophanis, ut omiſſa ab uno alterius ſedulitate ſuppleantur.

s Vide Comment. in hunc locum.

Dicit fortaſſe quiſpiam, hæc quidem vera eſſe cum de Authoribus agitur ſynchronis, hiftorias ſui temporis vel paulò vetuſtiores referentibus. Nobis autem, inquit, res eſt cum Authore longè ab ætate Moyſis remoto. Reſpondeo, rerum geſtillarum memoriam duplici ad poſteritatem viâ tranſ-

Differt. Calmet. Tom. I.

L 11 2